

candelam q̄ homo debet habere vitā san-  
ctam et famam bonam. Sanctā enī vitā  
faciunt opera bona. fides recta et intentio  
sincera. **O**patio aut bona intelligitur per  
ceram. q̄ sicut cera rore celesti gignit. sic  
et bona nostra a deo tñ habent. **Isa. xxi.**  
**O**pa nostra opatus est in nobis. Fides  
intelligit p lumen. q̄ sicut cera sine luce  
non lucet. sic et nostra opatio sine fide deo  
non placet. **Debre. xi.** Sine fide impossi-  
bile est deo placere. Intentio significatur  
p lignū qui quidem est occultus candi-  
dus et luminis baiulus. q̄ intērio nostra  
debet esse occulta a laude humana et can-  
dida et pura. et operū nostrorū coram deo  
baiula. iuxta illud **math. vi.** Pater tuus  
qui videt in abscondito reddet tibi. Sig-  
nificat etiam qualis debet esse homo in fa-  
ma. Candela etiam accensa lucet. feret ex-  
tincta. occulta non lucet. Sic sancti viri  
lucēt alijs p exemplum. **math. vi.** Sic  
luceat lux vestra coram hominib. **P**igri  
se occultant p torporem et oīū. **math. vi.**  
**N**eq̄ accēdunt lucernam et in abscondito  
ponūt eā. Sed mali ferent p opus malū  
**Isa. xxxiii.** De cadaverib. eorū ascendet  
fetor. **C**irca secundū notandū q̄ tria  
sunt que custodiunt candelam ne exting-  
uat. scilicet quādo abscondit a vento. quādo  
alijs candelis associat. et quādo eis suffi-  
ciens pabulum ministrat. **Q**ui ergo non  
vult erringui abscondat a vento laudis  
humane. aggreget et vniat pgregationi  
sancte et habeat pabulum orōnis p̄tinue.  
**C**irca terciū nora q̄ tria sunt que im-  
pediunt ne et candela extincta reaccēdat.  
scilicet remotio humectatio et grossi corporis  
interpositio. **M**ulti ergo sunt qui non ac-  
cendunt. siue quia predicatorib. non ap-  
propinquāt nec adiungunt. **Deu. xxiij.**  
**Q**ui appropinquant pedib. eius accipi-  
unt de doctrina illius. Siue quia aquis  
deliciaz humectant. **j. Cor. ij.** Animalis  
homo non percipit ea que sunt spiritus dei

Siue quia amor terrenorū in eis interpo-  
nit. **math. xij.** Sollicitudo seculi istius  
et fallacia diuitiarū suffocant verbum.

**De sancta Agatha virgine.**

Sermo primus.

**F**ortitudine ac  
cunxit lūbos suos. roborauit  
brachium suum ac gustauit  
vidit. q̄ bona est negociatio eius. non ex-  
tinguet in nocte lucerna eius. **Proverb.**  
**vlr.** Laus magna ē in muliere animi for-  
tudo. q̄ ex animi fortitudine omnia bona  
causant in muliere. Et paucē habent istā  
fortitudinē. **Jō** dicebat salomō **Prover.**  
**vlr.** Mulierem fortē quis inueniet. **B**ea-  
ta aut agatha quadruplicem fortitudinem  
habuit. et iō omni laudē digna fuit. **P**ria  
est qua serum fragilem virtute animi su-  
pauit. cū dicit. Accunxit fortitudine lū-  
bos suos. **S**ecunda est qua p̄ra mūdi et ty-  
ranni seuitiam pugnavit vicit. cū dicit.  
Roborauit brachiū suum. **T**ercia ē qua  
p̄re dei dulcedine omnia delectamenta et  
oblectamenta mūdi desperit. cū dicitur.  
Gustauit et vidit. **Q**uarta est quia in  
morte p̄ martiriū triūphauit. cū dicit. **N**ō  
extinguet in nocte lucerna eius. **P**ria  
igit fortitudo fuit. q̄ serum fragilem virtute  
animi supauit. **M**agna quidē animi vir-  
tutem habuit ex eo q̄ in xp̄o p̄ fidem fuit  
fundata. et ex eo q̄ in ih̄esu xp̄o p̄ ma-  
gnā caritatē solidata fuit. et ex eo q̄ fuit  
ad instar sari firma effecta. et ad instar ferri  
indomabilis habita. **D**e duob. primis  
ipsa dicit. **M**ens mea supra petram soli-  
data est et in ipsa firmata et fundata. **D**e  
duob. sequentibus affrodisia ait. **F**aci-  
lius possunt sara molli et ferus in plūbi  
molliciem conuerti. q̄ ab intētiōne chri-  
stiana mens istius puelle reuocari. **T**y-  
rannus enim et dyabolus quatuor telis  
ipsam voluerunt supare. scilicet minis vt  
eam detererent. p̄missis vt eam alliceret.

## De Sancta

## Agatha

temptationū iaculis ut animā pforaret.  
 et tormentis et supplicijs ut eam confin-  
 gerent. Sed nimis non potuit detereri.  
 quia supra fundamentum fidei forissime  
 erat fundata. **Matth. vii.** Descendet plu-  
 uia et uenerunt flumina et flauerunt venti  
 et non cecidit. Fundata enim erat ipsa su-  
 pra firmam petram. Nec promissis potuit  
 allici. quia super Iesum Christum per cari-  
 tatem erat solidata et radicata. **Eph. ii.**  
 In caritate radicati et c. Nec temptationū  
 iaculis potuit pforari. quia tota fuit fer-  
 rea. id est lorica fidei induta. **Eph. vi.** In-  
 duit lorica m. iusticie. Nec tormentis po-  
 tuit frangi. quia tota fuit saxea et adamā-  
 tina effecta. **Ezech. iij.** Et adamantem et  
 filicem dedi faciem tuā. **Secunda** for-  
 titudo fuit. quia contra mundi et tyranni  
 seuitiam pugnavit et vicit. Cum dicitur  
 Roborauit brachium suū et cetera. Qua-  
 druplici namque acie tyrannus contra eam  
 pugnavit. quia fecit eam in eculeo exten-  
 di. in mamilla torqueri. in carcere obscu-  
 ro recludi. et inter testas et carbones volu-  
 tari. Sed inter primam aciem scilicet pe-  
 nam eculei vicit. consideratione eterne re-  
 muneratōis. Unde ait. Ego in his pe-  
 nis tantum delector sicut qui bonum nū-  
 cum audit. et qui videt quod diu deside-  
 rauit. vel qui multos thesauros inuenit.  
 nec potest anima mea paradysum intrare  
 nisi feceris diligenter corpus meum a car-  
 nificibus cum corona martyris attrahari.  
 Ex quibus verbis habetur quod ipsa meri-  
 to passionis sperabat se audire bonū nun-  
 cium. id est bonam auditōnem et beatam.  
 qua dicitur **Matth. x.** vicimoquinto ca.  
 Venite benedicti patris mei possidere pa-  
 ratum vobis regnum et cetera. Spabat  
 se videre amicū. id est recepturam dei vi-  
 sionem sciens quod ibi est tota merces sua.  
**Johannis. decimo septimo.** Nec est vita  
 eterna ut cognoscant te solum verum deū  
 et quē et cetera. Totaque leticia sua. **Job.**

tricesimo tertio ca. Videbis faciem eius  
 in iubilo. Tota dilectio sua. **Dei. xv.**  
 Facies tua plena est gratiarum. Spera-  
 bat se inuenire celestem thesaurū. de quo  
 dicitur **Matth. vi.** Nolite thesaurizare  
 vobis thesauros in terra sed thesaurizare  
 vobis thesaurum in celo. Thesaurus au-  
 tem mundi aurum in seipso consumit. ideo  
 dicit. Ubi crugo. Aut in morte relinquit  
 ideo dicitur. Et mea. Aut violenter au-  
 fertur. ideo dicit. Ubi et fures. In celo autē  
 nulla erit cōsumptio. Ubi vera eternitas  
 vbi nulla mors vbi plena immortalitas  
 nullus timor vbi plena securitas. Spe-  
 rabat se recepturam coronam regale. **ij.**  
**Timoth. ij.** Non coronabitur nisi qui le-  
 gittime certauerit. quia fortiter letanter  
 fideliter et vtiliter. De his quatuor dicit  
 in legenda. Mentem sanctam scilicet ha-  
 buit. Ecce quia certauit fortiter. Sanctā  
 idem ē quod firmam. Spontaneam deo  
 fic exhibuit. Ecce quia letanter certauit.  
 Honorem deo dedit. Ecce quia fideliter.  
 Et patrie liberatōnem fecit. Ecce quia vti-  
 liter. **Secundo** habuit certamen quod fuit  
 in mamilla torta. Istud certamē vicit ex  
 triplici consideratione. cum ait. Ego habeo  
 mamillas integras intus in anima mea  
 quas ab infantia domino cōsecraui. Ma-  
 mille ei sunt intellectus et affectus. Ipsa  
 igitur mamillas integras habuit. scilicet  
 sinistram qua deum cognouit per fidem. et  
 dexteram qua ipsum amauit per deuotio-  
 nem. Et istas mamillas habuit consecra-  
 tas. Quia et intellectum posuit circa vti-  
 lia inuestiganda et affectum circa celestia  
 diligenda. et istas mamillas consecrauit  
 deo. nō ab ipsa senectute. sed ab infantia.  
**Tertio. ij.** Bonum ē viro cum porrauerit  
 iugum domini ab adolescentia sua. **Tercio**  
 fuit in obscuro carcere clausa. Et  
 contra istud certamē Petrus apostolus  
 dedit sibi triplex auxilium. scilicet splendorē  
 eximium quia sicut dicit. **ij. Corinth. vi.**

Que societas lucis ad tenebras. Dulce  
 colloquium. *Eccī. xviij.* Nōne ardorem re  
 frigerabit ros. sic & verbum melius q̄ datū  
 Et celeste medicamentū. q̄ mamilla fuit  
 tibi restituta *Eccī. xviij.* Argentarius  
 faciet pigmenta suauitatis. *¶* Quartum  
 certamen est. quia fecit eam inter testas &  
 carbonēs voluari. Contra istud certamē  
 habuit adiutoriū omnia elementa. Nam  
 terra tremuit. aer choruscauit. aqua tiran  
 num absorbit. ignis erupit. *Sapientie*  
*xxj.* Vindex est orbis terrarū p̄ra infensa  
 tos. *¶* Tercio p̄e dulcedine dei omnia ob  
 leamenta mundi despicit cum dicitur.  
*Gustauit & vidit. Beati qui sunt in p̄ia*  
*qui sunt dei nomine insigniti Apocalips.*  
*xiij.* Habentes nomen eius & nomen pa  
 tris eius. Sunt in fonte celestis refrige  
 rij positi *Psal.* Quomā apud te est fons  
 vite &c. Sunt multitudine dulcedinis re  
 pleri. *Psal.* Qm̄ magna multitudo dul  
 cedinis tue dñe. De hac triplici plenitu  
 dine beata agatha triplicem gustum rece  
 pit. scilicet nomen dei virtuosum. rorem  
 saluificum. & spiritum sanctum. vnde ait  
 Si feras p̄mittis audito christi nomine  
 mansuescunt *Matth. ultimo* In nomine  
 meo demonia eicient. Si enim ignis ad  
 hibeas de celo rorem mihi saluificū ange  
 li ministrabunt *Danielis. iij.* Fecit medi  
 um fornacis quasi ventum roris flantem  
 Si plagas ingeras. habeo spūm sanctū  
 p̄ quem despicio vniuersa. *Psal.* Scdm̄  
 multitudinem dolorū meorū &c. *¶* Quae  
 ro in morte p̄e martiriū triumphauit cū  
 dicitur. Non exstinguet in nocte lucerna  
 eius. Non enim in nocte. id est morte ex  
 tincta fuit. sed multiplici radio chorusca  
 uit. *¶* Primo radio magne reuerentie & di  
 gnitatis. quia deus de ipsa curā habuit  
 specialem & singularem atq; generalem.  
 Unde ipsa ait curā deberet decapitari. Do  
 mine ihesu christe qui me creasti. ecce cu  
 ra generalis. qui me ab infācia custodi

uisti. ecce cura specialis. qui corpus meū  
 a pollutione seruasti. ecce cura singularis  
*¶* Secundo fulsit radio puritatis. quia de  
 us ab ipsa omnem amorē illicitū reseca  
 uit. scilicet amorē carnalem dicens. Cor  
 pus meum a pollutione seruasti. Amorē  
 terrenum dicens. Et tulisti a me amorē  
 seculi. Amorem p̄prium dicens Qui me  
 tormentis vincere fecisti. Et perduxit ad a  
 morem eternū. Unde ait Iube me ad tu  
 am miām peruenire. *¶* Tercio fulsit radio  
 sanctitatis. quod notat cum dicit. Ven  
 tem sanctam spontaneā Ipsa enim quan  
 tum ad se fuit valde pura. ideo dicit. Vē  
 tem sanctā. In dei seruicio valde deuota  
 ideo dicitur. spontaneam. Fuit deo valde  
 grata. ideo dicit. Honorem deo. Et pro  
 imo valde fructuosa. ideo dicit. & pame  
 liberationem. *¶* Quarto fulsit radio p̄ta  
 tis quia data est nobis in aduocatā. Un  
 de ipsa ait lucie. Sicut per me ciuitas ca  
 thānēsum sublimatur a christo &c. Ipsa  
 enim tanq̄ aduocata liberauit patriā suā  
 ab incendio ignis. a cultura demonis. et  
 liberat quotidie a periculis vniuersis Ip  
 sa enim tanq̄ fidelis aduocata p̄ nobis  
 intercedit ardenti voto. iuxta illud. *q. ma  
 chabe. i.* Et nūc hic sumus orantes p̄ vo  
 bis. *¶* Grandi merito. *Aug.* Immeſa dei  
 bonitas & pietas sanctorū merita nostra  
 vult esse suffragia. Et sanguine precioso  
 Sicut de sanguine christi. *Debreor. xij.*  
 Accessistis ad sanguinis aspersionē meli  
 us loquentem q̄ abel. *¶* Quinto enim ful  
 sit radio potestatis. Dñdicit enim se habe  
 re potestātē sup̄ corpora. quia ea sanauit.  
 super animas quia eas conuertit. sup̄ cre  
 aturas scilicet superiores. quia deus ad  
 ipsam angelos de celo destinauit. sup̄ in  
 feriores. quia terram tremere fecit. & sup̄  
 medias. quia ignem accensum extinxit.  
 Aerem etiam dum esset in carcere chorus  
 care fecit.

*¶* Eodem die

Sermo. ij.

**S**oror nostra paruula est & vbera non habet Can. viij. Possunt hec verba esse angelorum beata agatha a tribus commendantium. Primo ab angelica affinitate cum dicit. Soror nostra. Secundo a profunda humilitate cum dicitur. paruula est. Tercio a pene acerbitate cum dicitur. & vbera non habet. Circa primum notandum quod in angelis tria sunt in quibus beata agatha eis fuit affinis. Primum est innata virginitas. Beata autem agatha & si non habuit virginitatem innatam habuit tamen per gratiam acquiritam. Unde ambrosius. Maior est victoria virginum quam angelorum. Angeli enim sine carne viuunt. homines enim in carne triumphant. Magnum igitur est quod femina in merito sanctitatis equiparetur viro. Canticorum. i. Equitatu meo in circuitibus pharaonis assimilavi te amica mea. Maius quod preponatur viro. Matth. xxi. Amen dico vobis quod meretrices precedunt vos in regno dei. Ecclesi. xxxviij. Omnem masculinum accipiet mulier. Et est filia melior filio. Maximum quod equiparetur angelis. Canticorum. xviij. Statura tua assimilata est palme. id est celsitudini angelice. Beata autem agatha in merito sanctitatis angelis & multis sanctis equalis extitit & multos excellit. Et per virginitatem se angelis sociavit. Eius autem virginitas quadrupliciter fuit commendabilis. Primo quia seruauit eam cum pulchritudine. Fuit enim valde pulchra & speciosa cum tamen ipsa pulchritudo multis mulieribus fuisset esse causa ruine. Prover. xi. Circulus aureus in manibus suis mulier pulchra & fatua. Secundo eam seruauit cum iuuentute cum etas iuuenilis lasciuia sit. Ecclesi. xxiij. Adolescentia & voluptas vana sunt. Tercio seruauit eam rogata & promissa omnibus sollicitata. cum tamen preces & promissiones sepe inclinet animos puellarum. Quarto seruauit eam minis exterrita & supple-

ctis cruciata. Gregorius. Quid nos barbari & debiles in iudicio dicemus qui ire ad celestia regna puellas per ferrum videmus quas ira superat. superbia inflat. ambino perturbat. luxuria inquinat. Secundo in angelis est seruens caritas. Psalm. Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos ignem videntem. Et in hoc beata agatha affinis eis fuit. que christum feruenter dilexit. Cuius triplex est signum. Unum est. quia propter eius amorem omnia terrena precepit. unde ipsa ait. Qui abstulisti a me amorem seculi. Can. viij. Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione etc. Secunda est quod ipsum semper in corde & in ore habuit. unde ait. quod dum vixero ipsum corde semper & labijs inuocabo. Matth. xxi. Er abundancia cordis os loquitur. Tercium est quia libenter & glorianter pro ipso tormenta sustinuit. unde dicitur. Agatha letanter et glorianter ibat ad carcerem. Tercio in angelis est magna stabilitas. Job. xxxviij. Solidissimi quasi ere fusi sunt. Et in hoc ipsa fuit eis affinis que super christum sit it fundata & solidata. unde dicit. Mens mea supra petram solidata est. & in christo fundata. Verba vestra venti sunt. promissiones vestre pluuie sunt. terrores enim vestri flumina sunt que quantumcumque impugnant fundamenta tamen domus mee cadere non valebunt. Ipsam enim deficere non potuerunt nec pluuia. id est examinatio celestium flagellorum. nec venti. id est temptationes demonum. nec flumina id est violentie tyrannorum. Vel dici potest quod ipsam deficere non potuerunt nec temptationes demonum graues & aperte que sunt quasi flumina. nec graues & occulte que sunt quasi pluuie. nec leues & aperte que sunt quasi venti. Venti enim occulti sunt quantum ad originem. sed aperti sunt quantum ad effectum. Secundo commendatur ab humilitate cum dicit. Paruula est. Paruulus autem tria importat

**P**rimo humilitatem. 1. Re. xv. None cū puulus esses in oculis tuis. Et q̄tū ad hoc ipsa fuit puula et ideo meruit celestem exaltatōem. math. xix. Simile puulos. talū enim est regnū celoz. Secūdo im- portat simplicitatem. 1. Cor. xiiij. Valicia puuli estote. tali mō etiam fuit puula et ideo meruit diuinorū reuelatōem. math. xi. Abscondisti hęc a sapientibz et prudentibz et reuelasti ea puulis. Tercio im- portat puritatem. unde paruulus a puritate dicitur. Et hoc modo fuit puula et ideo me- ruit diuine gratie infusionem. Psal. Sapientiam. i. sapientiam scientiam que ē gratia dei. prestantis paruulis. Tercio bea- ta agatha commendat a passionis acerbitate. cum dicitur. Utera non habet. ¶ Notandum autem q̄ sunt vbera exteri- ora. interiora et superiora. Utera autē ex- teriora non habuit. quia tyrannus ea amputauit. quod quidem fuit magne crude- litatis q̄tum ad amputantem. vñ dicit. Impie crudelis et dire tyranne. et c. Mag- ne pietatis quo ad sanantem. quia xps per beatum Petrum vbera sibi restituit. Job. v. Ipse vulnerat et medetur. Mag- ne accerbitatis quo ad patientem. q̄ ma- gnum dolorem ibi sensit. Tamē propter vñ sensituiam que maxime ibi viget. cū sint ibi nervi arterie sibi inuicem cōiuncti. tum ppter vicinitatem cordis. tum ppter caliditatem pectoris. ¶ Secundo sunt vbe- ra interiora. s. intellectus et affectus. De quibus ipsa dixit. Ego habeo mamillas integras intus in anima mea ex quibus nutrio omnes sensus meos. Intellectus enim infundit cognitionem affectus. sub- ministrat deuotionem. Ex his ergo vbe- ribz nutrebat omnes sensus. s. visum. diuinam pulcritudinem admirando. Au- ditum. diuine inspiratōis obtemperando. De his duobz Job. xliij. Auditu auris audiui te. nunc autē oculus meus videret. Olfactum christi puerfatōem et bene-

ficia adorādo. Cañ. j. Curzemus in odo- ranguen. ru. et c. Et gustum. diuinam dul- cedinem preguſtando. ¶ Psal. Gustate et videte quomā suauis est dominus. Ter- cū cristi caritatis brachijs amplectēdo. Cañ. iij. Tenui nec dimittā. Tercio sunt vbera superiora. i. celestia de quibz dicit Isa. xlii. Letamini cum iherusalē omnes qui diligitis eaz vt fugatis et impleamini ab vberibz psolarōis eius vt mulgeatis et delictis affluatis ab oīmoda gloria eius. Ex quibz vobis habet q̄ ab illis vberibz tres riuī emanāt. s. plenitudo gaudij et exultatōis. plenitudo psolarōis et plenitudo delectatōis.

¶ De eodem

Sermo tercius.

**F**asciculus mirre dilectus meus mihi inter vbera mea p̄morabitur. Cañ. j. Bea- ta agatha multa p dilecto suo passa fuit qui pro ipsa multa passus fuit. et iō penas dilecti inter vbera sua portauit p̄ meditatōem et tormēta p̄pria inter vbera cordis sui portabat p̄voluntariā p̄pressionē. Comendat autem in verbis p̄dictis a tribz. Primo a penarū acerbitate q̄s p dilecto sustinuit cū dicitur Fasciculus mirre dilectus meus mihi Circa qd̄ norandū q̄ dilectus habuit magnū fascē virtutū et magnū fascē penarū. Fuit enī tanq̄ p̄ratū repletū floribz oīm virtutū Gen. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. De isto magno fascē floz vir- tutū dilecti beata Agatha quosdā flores collegit et sibi fasciculū fecit. Collegit enī liliū pudicie violā puerfatōis sc̄te. q̄ eius cōuersatio sp̄ erat in celis. Et rosam patientie. Sap. iij. Q pulchra est casta generatō. ecce liliū pudicie. cū claritate Ecce splēdor puerfatōis sc̄te Immortalis est enī mēoria illius. Ecce p̄stantia sapie- ntie sicut dicitur ¶ Psal. Patientia pau- perum nō p̄bit in finem. Secūdo dilectus habuit magnum fascem penarū. d̄ quo magno fascē beata Agatha quedā ligna

passionum extraxit et sibi fasciculum fecit. Primum lignum est quod fuit alapis cesa. Et istud extraxit de magno fasce dilecti qui in facie fuit velatus percussus et consputus. Libenter ergo voluit faciem suam percuti. cito turpandam corrosione verminum ex quo illa facies fuit percussa que est gloria angelorum. Secundum lignum est quod fuit in eculeo extensa. Et istud traxit de magno fasce dilecti qui tanquam pellis fuit in cruce extensus. **Psalmus.** Extendens celum sicut pellem. Libenter ergo voluit extendi in eculeo amore dilecti qui fuit extensus in patibulo. **Ter-**cium lignum fuit quia fuit in pectore vulnere rara. quia ei mamilla fuit euulsa. Et istud traxit de magno fasce dilecti qui fuit iuxta cor in latere vulneratus. Libenter ergo in pectore vulnus portauit amore dilecti qui in corde vulnus accepit. Quattuor lignum est quia fuit carceri inclusa. Et istud lignum extraxit de magno fasce dilecti qui inclusus se in carcere vteri. stabuli et limbi. Libenter igitur sustinuit carcerem amore dilecti qui pro nobis se taliter incarcerationi. Quintum lignum est quia inter testas et carbones fuit inuoluta. Et istud extraxit de magno fasce dilecti qui et si non habuit carbones ignitos. habuit tamen clauos acutos. Et ideo libenter voluit in carbombus volutari. id est amore illius qui clauis voluit perforari et in fornace scilicet crucis assari. Dilectus tamen multas alias penas sustinuit ex quibus maximum fascem sibi fecit. Ipse enim gygas gemine substantie fuit. et ideo magnus fascem portare potuit. Agatha vero tam magnum fascem portare non potuit et ideo aliqua ligna collegit de fasce dilecti et sibi fasciculum fecit. Et ergo dixit Fasciculus mirre dilectissimi. **Secundo** commendat a penarum dilecti perannua meditatione et deuotione cum dicit. Inter vbera mea commoraberis. **Circa** quod notandum quod vbera habent vim attractiuam sunt spongiosa et porosa habent vim

conueruiam quia per calorem cordis sic decoctio sanguinis et puerit in naturam lactis habent vim effusiuiam lac emittunt. Vbera igitur anime sunt memoria intelligentia et voluntas. Et ista circa passionem habent vim attractiuam. quod memoria appetit impleri sanguine per perannuam recordationem. **Item.** Recordare pauperum meorum et ultra. Memoria memor ero et tabescet in me anima mea. **Intelligentia** per veram fidem. **Psalmus.** Intingat pestis in sanguine. **Pes** anime est fides que tunc in sanguine intingit quando cristi passionem replet. **Voluntas** appetit impleri per deuotionem. **Job.** xxxix. Bulli eius lambunt sanguinem. **Secundo** habent vim pueriuiam. nam tunc dum sanguis passionis sic est in memoria. intelligentia et voluntate adest triplex ignis qui ipsum dealbat. et quodammodo in lac puerit scilicet ignis meditationis qui cor accendit. **Psalmus.** In meditatione mea exardescit ignis. **Ignis** amoris qui cor combustibile facit. **Luce.** xxi. Ignem veni mittere in terram. Et ignis desiderii celestis qui scintillas in cor perducit. **Ezechiel.** i. Scintille quasi aspectus eris candentis. Et sic sanguis dealbatus animam dealbat. **Apo.** vii. Lauent stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. **Tercio** ipsa vbera habent vim effusiuiam. nam aliqui effundunt lac. aliqui sanguinem. et aliqui butyrum. iuxta illud **Proverbio.** xxx. Qui nimis premit vbera ad eliciendum lac exprimit butyrum. Et qui vehementer emugit elicit sanguinem. **Scilicet** enim predicatorum qui sunt vbera ecclesie aliqui effundunt lac. qui alios inducunt ad puritatem innocentie. **Item.** Sic ut modo gemit infans lac percipiscite. Aliqui effundunt sanguinem qui alios animant ad imitationem passionis dominice. **Item.** machabi. vi. Elephantes confuderunt sanguinem vueri mori. Aliqui effundunt butyrum qui alios inducunt ad pinguedinem deuotionis interne. **Item.** vii. Butyrum et mel comeder.

Ille comedit mel qui afficitur circa diuinitatis gl'am. ille buntz qui afficit circa in firma humanitatis. **T**ercio commendat a suaz penaz voluntaria p'essione cum d'r. Inter o'bra mea p'morabit. Habetat em illas penas inter v'bra. i. inter intellectū et affectū. q' libenter eas sustinebat p'pter dilecti fidē et eius amorē. Unde d'r. Agatha letissime et gl'anter ibat ad carcerē et q' si ad epulas inuitata. Agonē suū d'ño precibz commendabat. Ubi notant. iij. gradus. Primus est. q' sustinuit patienter. et iste gradus p'ponit. q' et si letissime. ergo patienter. et iste est n'citat' S'cōs est q' sustinuit libenter. vnde d'r. Agatha letissime. et iste est p'fectionis. Tercius ē q' sustinuit gl'anter. vnde d'r. et gl'oriant' ibat ad carcerē. et iste est magne virtutis. q'n quis magis gl'atur de despectu p'pter deū q' de honore p'pter mundū. Quartus q' sustinuit delectabiliter. q'd notat cum dicitur. et quasi ad epulas inuitata. et iste nō est humane facultatis sed g're celestis. De h'is quatuor gradibz sic dicit. Non potest aīa mea in parad'um intrare nisi diligenter corpus meū feceris a carnificibz attractari. Ecce quō portauit patienter. Ego in h'is p'is sic dilector sicut qui bonuz nunciū audit. ecce quō portauit libenter. Aut qui videt q'd diu desiderauit. ecce quō portauit gl'oriant'. Aut qui multos thesauros inuenit. ecce quomō portauit delectabiliter.

In cathedra sancti Petri.

Sermo primus.

**E**xaltent eum  
in eccl'a plebis. et in cathedra  
senior' laudent eum. **Psal.**  
Dupliciter beatus petrus exaltatus fuit.  
s. a deo cum d'r. Exaltent eū in eccl'a ple/  
bis. et a populo antiocheno cum d'r. et in  
cathedra senior' laudent eū. **Q**uantum  
ad primū notandū q' p't. filius et spūsan

ctus etiā eū super apostolos seu angelos  
in quatuor exaltauit. Primo in omni  
corpis p'secratione. Angeloz quidē est sa  
cerdoti p'secranti assistere. et hostiā p'secra  
tam deo offerre. Petri aut' et sacerdotū ē  
panē in corpus xpi p'uertere. q'd nulli an  
gelo est datū. Unde nō angelis sed solis  
sacerdotibz dictū est **Lu. xxi.** Hoc em fa  
cite in meā p'memoratōem. S'cō in pec  
catoz remissione. Angeloz quidē est pec  
catores suis in inspirationibz a p'ctis auer  
tere. suis orōnibz dei m'iam implorare.  
Petri em et sacerdotū est sibi p'sessis p'ctā  
remittere. Unde nō angelis sed solis sa  
cerdotibz dictū est illud **Johā. xi.** Quoz  
remiseris p'ctā remittunt eis. Et q' hoc  
officiū solus dei est. s. p'ctā remittere. **Jō**  
dij vocant. **Psal.** Ego dixi dij estis. Ter  
cio in clauū collarōe. Angeloz quidē est  
aīas ad celū deducere. Petri et sacerdotū  
est ipsis aīabus celi ianuā aperire. vnde  
nō angelis sed petro dictū est **math. xvi.**  
Tibi dabo claues regni celoz. Quarto  
in iudiciaria prāte. Angeloz quidē est iu  
dicandos ad iudiciū colligere. collectos  
ab inuicē separe. separtos malos in ignē  
p'icere. Sed petri et successor' eius est ip  
sos iudicare. Unde non angelis sed pe  
tro et successoribz eius dictum est **Ma  
the. xxi.** Amen dico vobis q' vos qui tedi  
quistis oīaz secun estis me etc. **S**cō  
beatus petrus fuit hodie exaltatus et in ca  
thedra a p'lo antiocheno cum dicit  
Et in cathedra senior' laudent eū. **N**o  
tandum aut' q' istud festū de incathedra  
one sancti petri quinqz de causis celebra  
t. Primo p'pter miraculosam petri liberatō  
nem et exaltationem. Nam cum theophi  
lus princeps antiochie ipsū in carcerē  
reduxisset. et tandē p' dei p'uidentiā et pau  
li apostoli industriam. et petri virtuosam  
potentiā q' s. eius filiū suscitauit. fuit de  
carcere liberatus. et in cathedra sublima  
tus. et patriarcha antiochenus effectus.